



CVI

P. 4. 203

Theol.
M. vi. 28. 405



COLLEGI
THEOLOGORVM
IN ACADEMIA IVLIA
PROTESTATIO
CONTRA SIC DICTVM RESPONSVM
DE
LICITO A RELIGIONE
LVTHERANORVM
EVANGELICA AD ROMA-
NO-CATHOLICAM
TRANSITV.



HELMSTADII,

APVD GEORG. WOLFG. HAMMIVM, ACAD. TYPOGR.
A. C. MDCCIIIX.

2

COLLEGIUM
THEOLOGORVM
IN ACADEMIA
PROTESTANTIO
CONTRA SIE DICITVM RESONVM
DE
LICITIA RELIGIONE
LUTHERANORVM
EVANGELICA AD ROMA-
NO-CATHOLICAM
TRANSITIV



HELMSTADT

AVD. GEORG. WOLFG. HANMANN, ACAD. TYPOGR.
A. C. MDCCCLX





DECANUS, SENIOR,
ET CETERI DOCTO-
RES AC PROFESSORES
COLLEGII THEO-
LOGICI

IN ACADEMIA IVLIA
LECTORIBVS S. P.

Varias Germaniae provin-
cias pererravit hactenus,
plurimorumque manus & oculos
subiit scriptulum quoddam teuto-
nici

X 2

X
nici idiomatis , quod vocarunt
Responsum seu Consilium de lici-
to a religione Lutheranorum ad
catholicam transitu. Idque plu-
ries in locis Pontifici romano ad-
dictis impressum , primo attribu-
butum atque imputatum fuit ca-
rissimo collegae nostro *D. Ioanni*
Fabricio, deinde, sub probroso
theologantium nomine , toti no-
stro collegio. Sicut autem illi, ita
& nobis imputatio ista valde gra-
vis, permolesta atque ingrata fuit;
& habuissimus satis caussae, ut sta-
tim atque illico iniuriae isti resiste-
remus,


icm

s X

remus, eamque publica declaratione quam longissime a nobis propelleremus, nisi fiducia in aequiore lectorum rectius informatorum iudicio posita, visum fuisset, non alio remedio, quam generoso silentio & pio contemptu utendum nobis esse. Verum enim vero postquam intelleximus, malum isthoc non intra solos Germaniae limites consistere, sed iis perruptis in exteris quoque regiones penetrasse, & sub hollandicae, gallicae, & anglicanae linguae schemate iam apparere, &


male-

(3


malevolos atque improbos homi-
nes nescimus quid monstri propu-
diosa chimaera ista sive alere, sive
tentare; non potuimus amplius
intra silentii & patientiae termi-
nos nos continere, sed officii no-
stri esse duximus, displicentiam
nostram publice & graviter expo-
nere. Nempe sicut praedictus col-
lega noster Responsum seu Con-
siliium illud pro suo non agnoscit,
& contra id protestatus est * pu-
blico in scripto, ita & nos contra
idem solenniter protestari volu-
mus

* In Defensione Considerat. suae controversiarum,
pag. 72.

mus ac protestamur, asseverantes
firmissime, nos illud neque com-
posuisse, neque ante publicatio-
nem vidisse, neque probasse, ne-
que ullo ei alio modo opem tulisse,
sed eos magnam nobis intulisse in-
iuriam, quicumque nostrum illi
nomen illinere ausi fuerunt. Hac
nostra declaratione acquiescent,
uti confidimus, omnes boni, &
academiae Iuliae faventes; reliqui
autem, qui odio aliorum nos ex-
ponere laborarunt, atque alienum
opus nobis adscripserunt, agno-
scent errorem suum, monitique
iam



iam & rectius instructi, in eo minime perseverabunt. In praedictorum fidem tabulas hasce typis imprimi, impressasque, ut studiosae etiam iuuentuti aliisque innotescerent, publico academiae loco sub sigillo Facultatis nostrae affigi, & passim dispergi atque distribui curavimus. Datum Helmstadii in academia Iulia, die VII. Septembr. anno a Christo nato MDCCIIIX.

L. S.

AB: 153 118

X 235 1607

ULB Halle
007 111 053

3



us 18.

R

W 17





Inches
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow


Red

Magenta

White

3/Color

Black



COLLEGII
LOGORVM
ADEMIA IVLIA
ESTATIO
C DICTVM RESPNSVM
DE
ARELIGIONE
RANORVM
LICA AD ROMA-
CATHOLICAM
TRANSIV.



HELMSTADT,

OLFG. HAMMIVM, ACAD. TYPOGR.
A. C. MDCCIIIX.

11

